

CASPARVS SCHETVS ANTVERPIANVS.



Casparus Bruxellis natus & educatus est. Is cum egregia indole ornatus esset, à pueris literis operam dedit, & in primis Poétice magna diligentia incubuit. in ea quoq; adeò profecit, ut ad Eobanum Hessum celebrem Germaniæ Poétam carmen scripserit, atq; Iliadæ Homeri præmiserit. Cum autē huic eruditioni ingenij solertiam & in rebus agendis promptitudinem cōiunxit, Mercaturam simul exercuit, atq; breui sua industria omnibus innotuit. Id cum Philippus rex Hispaniarum & Burgundiæ dux intellexisset, hunc Casparum dilexit, & Antuerpiæ suum thesaurarium constituit. Hoc modo Casparus & literis & rerū ciuilium administratioue clarus etiamnum in hjs locis agnoscitur. Anon.